



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Tabvla Censvrarvm, & casuum reseruatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

September.	
Die primo vsq; ad decimum,	hor. 9. 13. q. 2.
Die decimo,	hor. 9. 13. q. 2.
Die vigesimo,	hor. 10. 14.
October.	
Die primo vsq; ad decimum,	hor. 10. q. 1. 14. q. 2.
Die decimo,	hor. 10. q. 2. 14. q. 3.
Die vigesimo,	hor. 11. 15.
Nouember.	
Die quarto vsq; ad quindecim,	hor. 11. q. 2. 15. q. 2.
Die decimoquinto vsq; ad finem,	hor. 12. 16.
December.	
Die primo vsq; ad decimum,	hor. 12. q. 1. 16. q. 1.
Die decimo vsque ad finem.	hor. 12. q. 2. 16. q. 2.
Ratio pulsandi ad Vespertas.	
In Hyeme.	
A Calendis Nouembri vsq; ad Calendas Martii, tam in festis, quam in ferialibus,	hor. 20.
In Vere.	
A Calendis Martii vsq; ad Calendas Maii, tam in festis, quam in ferialibus diebus,	hor. 19.
In Aestate.	
A Calendis Maii vsque ad Calendas Septembri, in festis,	hor. 18.
In ferialibus, sive Officium solenne sit, sive non,	hor. 19.
In Autumno.	
A Calendis Septembri vsq; ad Calendas Octobris, tam in festis, quam in ferialibus.	hor. 19.
A Calendis Octobris vsque ad Calend. Nouembri, in festis,	hor. 19.
In ferialibus, sive Officium solenne sit, sive non,	hor. 20.
In Quadragesima diebus ferialibus ad Vespertas pulsatur unico signo statim post eleuatione sanctiss. sacrificii in Missa.	
Salutatio vero Angelica quae ante Vespertas pulsari solet, pulsatur in Quadragesima hor. 19. vel in meridie.	
Ad Completorium in Quadragesima diebus ferialibus pulsatur per dimidiam horam.	hor. 12.

TABVLA CENSVRARVM,
& casuum referuatorum.

Carolus S. R. E. presbyter Cardinalis,
Tituli Sancte Praxedis Archi-
episcopus Mediol.

P Arochis, confessariisq; omnibus & singulis, qui in vrbe Diocesisque nostra Mediolanensi sunt, censuras, & causas, quos partim Summo Pontifici, partim Episcopis referuatos, nos debent, summatis iussit nostro in vnum collectos, promulgamus, atque edicimus. Et verò nos, præter casus, quos annueraria tabella pro temporum ratione nobis referuandos iudicauerimus, censuras etiam, & causas omnes ac singulos, quos Episcopis, sive iure canonum, sive Pontificis sanctionibus, sive Decretis Tridentinis, sive Conciliorum nostrorum iure referuatos, infra ordine distinctos, certoque numero notatos edimus: eos, nè de eiusmodi referuatione quisquam hæsitet & dubitet, nobis plane referuatos declaramus, & denuo iam nunc perpetuò referuamus.

Proinde caueat unusquisque, nè ab iis censuris & causis aliquem sine scripta nostra facultate auctoritateq; absoluta, pena excommunicationis proposita, quam ipso facto, qui contra fecerit, subire iam decreuimus, & rursus decernimus, atque declaramus.

Censuræ, & causæ, Summo Pontifici referuati in literis processus Cœnæ Domini, in iisdem literis videantur, quæ quotannis eo ipso die edi solent.

Aliæ censuræ, & causæ eidem referuati iure Canonum.

Ex Decreto, & Decretalibus.

Q Vi suadente Diabolo manus violentias in Clericum iniecerit, excommunicatus est. cap. Si quis

Etiam si Clericus cui manus illata

est, prima tantum tonsura insignitus sit.

Qui huius rei consilium, auxilium,

aut fauorem præstiterit.

Qui monacho item manum violen-

tam iniecerit.

cap. Si quis

suadente

iustitia

de sententia

excommuni-

datione.

Si quis

Hhh 4. Etiam